792 [= 2194] rep. Pompeiis in fori parte orientali in basi statuae equestris ex marmore versicolore loco antiquo ACTA 17 Febr. 1814 [ed. 1, 3, 144]. Ibidem adhuc.

Q · SALLVSTIO · P · F.
II · VIR · I D · QVINQ.
PATRONO D · D

Descripsi et recognovi. Iorio p. 105 = 69; Mazois III p. 53; Guarini fast. ed. 1 p. 41; Fiorelli *descriz.* p. 254.
Eiusdem est n. 958.

793 [= 2195] mensa ponderaria ex lapide Tiburtino, *trovata in una nicchia del foro* AMICONE 11 Mai. 1816 [ed. 3, 7] scilicet ante aedem q. d. Veneris in intervallo parietis extremo ad meridiem eo, quod in forma ad n. 787 adiecta distinximus littera *a*. Extat Neapoli in museo.

in superficie ad quinque cava magnitudinis diversae, ut a dextra intuenti ad sinistram progrediendo maximum primum sit, minimum postremum. Sub his cavis haec adscripta sunt litteris Oscis postea deletis:

ad minimum				ad maximum
ƧEB/IK	/KIINIVK	/////Π/////////II	ƧIƧNHB	////I///

in antica:

A · CLODIVS · A · F · FLACCVS · N · ARCAEVS · N · F · ARELLIAN · CALEDVS
D · V · I · D · MENSVRAS · EXAEQVANDAS · EX · DEC · DECR

Descripsi et recognovi. Romanelli *Giornale enciclopedico di Napoli* 1817 t. III p. 257; Mazois III p. 54 tab. XL; Iorio p. 101 = 65; Guarini fast. ed. 1 p. 79; Henzen ann. inst. XVI (1844) p. 91; Fiorelli *descriz.* p. 252, cat. n. 1271; Carm. Mancini *Giorn. degli scavi* N. S. 1 p. 143 seq., qui inscriptiones Oscas primus adiecit ex vestigiis evanidis optime exceptas. Orelli 4348.

Mancinius l. c. demonstravit has mensuras postea, scilicet quo tempore Oscis rei ponderariae normis Romana ordinatio substituta est, ex parte immutatas esse adiectaque praeterea in angulis quattuor cava minora. A. Clodius A. f. Flaccus cum tertium duovir fuerit a. u. c. 751/2 (n. 890), haec inscriptio ad priores annos Augusti spectat. Cf. Nissen *Pomp. Stud.* p. 71 seq.

794 [= 2196] hunc unum ex titulis aevi liberae rei publicae, quod aevum omnino significant litterae, in marmore scriptum esse observavit Schoenius apud Nissenum *Pomp. Stud.* p. 21. Pertinuit titulus ad porticus circa forum; repertus est Pompeiis *alla basilica dalla parte dell' ingresso principale* ACTA 24 Mart. 1814 [ed. 1, 3, 146] n. 107*c* formae Zangemeisterianae. Extat Neapoli in museo.

V · POPIDIVS
EP · F · Q ·
PORTICVS
FACIENDAS
COERAVIT

Descripsi et recognovi. Est in vol. I n. 1249 et in tabula Ritscheliana LXXVIIIJ. Mazois III p. 41; Guarini *valore della cifra sexs* Neap. 1836 p. 38, fast. ed. 1 p. 133; Iorio p. 105 = 69; Avellino *tempio d'Iside* p. 20; Fiorelli *descr.* p. 317, cat. n. 1268. Henzen n. 6213.

795 in basi ex marmore *Cipollino;* Pompeiis in curia q. d. tertia [n. 109 formae Zangemeisteri]. Quamquam non suo loco reperta est, probabile est stetisse olim in foro vel ad forum.

IMP · CAESARI
DIVI F AV*gusto*

Recognovi repertam et descriptam a Nisseno, qui ed. *Pomp. Stud.* p. 310.

2 FIV Nissen in schedis, FII idem in ed.; at FAV lapis.

2. IN AEDE IOVIS IN FORO ET AD ARCVS PROXIMOS (Zang. n. 111).

796 [= 2212 + 6321] pars posterior rep. est Pompeiis in aede Iovis una cum statuae colosseae reliquiis ACTA 18 Ian. 1817 [ed. 1, 3, 189 = Amicone 3, 8]. De priore fragmento acta tacent. Extant Neapoli in museo.

I · *o* M
PRO · SALVTE *c · ca*ESARIS · AVGVSTI
GERMÁNI*ci i*MP · PONTIF · MAX
TRIBVNIC · P*ote*STAT · CONSVLIS
*d*OCTVS · P · S p. C. 37

Descripsi bipertitam. Coniunxit Fiorellius *descriz.* p. 255, cat. n. 1203. Recognovimus deinde Nissen *Bull. dell' inst.* 1866 p. 7 et ego.

Ibidem prodiit titulus Graecus hic (C. I. Gr. vol. III p. 1260 n. 5866*c*; Fiorelli *descriz.* l. c.):

ΓΑΙΟϹ ΙΟΥΛΙΟϹ ΗΦΑΙϹΤΙΩΝΟϹ
ΥΙΟϹ ΗΦΑΙϹΤΙΩΝ ΙΕΡΑΤΕΥϹΑϹ
ΤΟΥ ΠΟΛΙΤΕΥΜΑΤΟϹ ΤΩΝ ΦΡΥ
ΓΩΝ ΑΝΕΘΗΚΕ ΔΙΑ ΦΡΥΓΙΟΝ
ΙΚΖ ΚΑΙϹΑΡ ΦΑΡΜΟΥ ϹΕΒΑϹΤΗ u. c. 751

797 [= 2211] parva basis ex marmore nigro. Rep. in cella aedis q. d. Iovis 18. Ian. 1817 ACTA [ed. 1, 3, 190 = Amicone 3, 8]. Extat Neapoli in museo.

(foramen in superficie).

SP · TVRRANIVS · L · F · SP · N · L · PRO · N · FAB
PROCVLVS · GELLIANVS ·
sic PRAEF · FABR · II PRAIF · CVRATORVM · ALꟻEI
TIBERIS · PRAIF · PRO · PR · I · D IN · VRBE · LAꟻINIO p. C. 47|54
PATER · PATRATVS · POPVLI LAVRENTIS · FOEDERIS ·
EX · LIBRIS · SIBVLLINIS · PERCVTIENDI · CVM · P · R
SACRORVM PRINCIPIORVM · P · R · QVIRIT · NOMINIS
QVE LATINI · QVAI · APVD LAVRENTIS · COLVNTVR · FLAM
DIALIS · FLAM · MARTIAL · SALIVS · PRAISVL · AVGVR · PONT ·
PRAIF · COHORT · GAITVL · TR · MIL · LEG · X
LOC · D · D · D ·

Descripsi et recognovi. Arditi *la legge Petronia* p. 8; Guarini comm. I—V p. 26, fast. ed. 1 p. 163; Iorio p. 100 = 64; Gervasio Cael. Ver. p. 51 adiecta tabula lapide expressa; Fiorelli *descriz.* p. 256, cat. n. 1290. Orelli 2276.

Sp. Turranius L. f. Sp. n. L. pron. Fab. Proculus Gellianus praef(ectus) fabr(um) II, praif(ectus) curatorum alꟻei Tiberis [cf. *Staatsrecht* 2, 1002 n. 3]; *praif(ectus) pro pr(aetore) i(ure) d(icundo) in urbe Laꟻinio, pater patratus populi Laurentis foederis ex libris Sibullinis percutiendi cum p(opulo) R(omano); sacrorum principiorum p(opuli) R(omani) Quirit(ium) nominisque Latini, quai apud Laurentis coluntur, flam(en) Dialis, flam(en) Martial(is), salius praisul, augur, pont(ifex); praif(ectus) cohort(is) Gaitul(orum); tr(ibunus) mil(itum) leg(ionis) X. Loc(us) d(atus) d(ecreto) d(ecurionum).* — Tempus definit litteratura Claudiana.

8133 Castellamare Stabiarum rep. c. a. 1876 in episcopio.

SEX · ATTI · L · F · MEN
EX · TESTAMENTO
ARBITRATV · SEX · ATTI · SEX · L · EROTIS
ET · ATTIAES · SEX · L · IVCVNDAES

Recognovi descriptam a. 1877 a Stevensonio. Misit item Barnabeus.

Edidit Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 25.

8134 arca saeculi ut videtur tertii, rep. Castellamare Stabiarum in episcopio c. a. 1876.

in operculo ornato personis delphinis equis marinis:

BETTIAE · FELICITATI
INNOCENTISSIMAE
FEMINAE · BATINIVS
IVLIVS · CONIV · KARISSIM

in arca:

puer personam sustinens	vas ansatum cum pomis et frondibus	puer personam sustinens

Recognovi descriptam a Stevensonio. Misit item Barnabeus. Ediderunt Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 239 et denuo 1879 p. 26 et Rossius *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8135 supra arcam rep. titulus Castellamare Stabiarum una cum n. 8132.

CORNELIAE · FEROCIAE
Q · VIX ANN LVIIII M XI D XV
CORNELIVS CARPOPHORIAN
MATRI DVLCISSIMAE

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 119.

8136 Casolae (prope Gragnanum) in ecclesia parochiali minore in pavimento pro gradu antea, iam ibi in aedibus publicis.

C · VALERIO · C · F · FA| *l*
RVFO · LICINIA · VX| *or*
VIRO · SVO · BENE · ME| *renti*
ET · SIBI · VIVA · FECIT|
HOC · MONVMENTVM| *siue*
SEPVLCRVM · H · N · S|

Minervinius misit acceptam a syndico Casolensi Eugenio Raffaelli.

8137 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131.

NIAES
T ANNI
DIEB X
IA H

R
FM

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 26. Misit item Barnabeus.

8138 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8131. Pauca litterarum vestigia remanserunt stemmate medio aevo eidem lapidi inciso.

////////CIVN///
////////IIIIII///
O · Q///IIVS/O//E
/////AI////////

Stevenson vidit.

8139 Castellamare Stabiarum rep. ad latus episcopii 4 Iul. 1879.

DEPSSIO INFATES
ASELIES QVE VIX
IT ANNVS TRES
FFLL VINCENTIO
ET FRAVTO VV CC p. C. 401
CONSS

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 208 (inde Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 122).

8140 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

IN NOMINE ☧ HIM
OPPIO PAVLO · DVL
CISSIMO · FILIO · QVI
VIXIT · AN · V · M · XI · D · II
DEPOS · VIII · IDVS · MAIAS
P B ☧ M P

Rispoli apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1879 p. 225; I. B. de Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 120.

1 *in nomine Christi Hi(esu)m* explicat Rossius, citans Tropeanam n. 8076. — 5 DIPOS Rispoli.

8141 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LINEATIHE
PVELLHE columba cum ramo olivae ☧
an NVoS SEX
BENEMERENTI

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Lapis integer est, deficit adiunctus quo continebantur versuum exordia.

8142 Castellamare Stabiarum rep. cum n. 8132.

LVCE RENOBATVS

Rossi *Bull. crist.* 1879 p. 121.

Hexametri exordium.

XXXIV. POMPEII (p. 89).

ad p. 89. Ad celebranda cladis Pompeianae saecularia septima decima quod nuper prodiit volumen *Pompei e la regione sotterrata dal Vesuvio nell' anno LXXIX* (Neapoli 1879 pp. 291 et 243. 4.), in eo Michael Ruggieri (1 p. 5 sq.) diligenter disputavit de litore maris quale fuerit tempore excidii. Eam quaestionem mox retractavit A. Mau *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 89 (cf. mus. Rhen. 36 p. 326).

ad p. 90. Ruggierus l. c. (vide ad p. 89) p. 13 seq. quod probatum ivit Pompeios interiisse facta eius autumni vindemia vinoque novello ad fumum exposito, libris Plinianis certe contrarium est, secundum quos non licet pro IX k. Sept. substituere IX k. Dec.

ad p. 94. A me rogatus Augustus Mau, ut in genera lapidum, quibus incisi sunt tituli Pompeiani, diligenter inquireret, misit mihi recensum hunc.

'Ex titulis Pompeianis lapidi molari (*lava*) incisi sunt n. 821. 870. 871. 997. 1007 ('*piedra viva*' Acta). 1015 ('*piedra viva*' Acta).

Lapidi tofaceo incisi sunt n. 787. 868. 956. 973. 993. 998. 1006. 1016. 1041. 1043. 1067. 1069. 1070.

Lapidi Tiburtino qui dicitur (*pietra di Caserta*) n. 788. 790. 791. 793. 800. 811. 812. 819. 829. 831. 844. 852—859. 937. 1008. 1010. 1011. 1018. 1036. 1039. 1057. 1060. 1064.

Marmori n. 789. 792. 794—799. 801—810. 813—817 (817 litteris aeneis). 820. 822—828. 830. 832—843. 845 (litteris aere incrustatis). 846. 847. 849. 850. 851. 860—866. 884—906. 908—926. 929—936. 939—951. 953. 954. 955. 957—972. 974—977. 980. 981. 983—986. 988. 991. 992. 994. 995. 996. 999—1005. 1009. 1012. 1013. 1014. 1017. 1019—1035. 1037. 1038. 1040. 1042. 1044—1056. 1058. 1059. 1061. 1062. 1063. 1066. 1068. 1071. 1072. 1073. 1076—1079.

Aeri n. 818. 867. 869. 927.

Plumbo n. 883.

Opere museo facti sunt n. 848. 872—882.

Ignoratur materia titulorum n. 907. 928. 938. 952. 978/9. 982. 987. 989. 990. 1065. 1074. 1075'.